



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||**

**Erasmus, Desiderius**

**Basileae, 1518**

**VD16 E 3644**

Aelii Lampridii Alexander Severvs Ad Constantinvm Avgvstvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14277**

## ALEXANDER SEVERVS

AD CONSTANTINVM AVGVSTVM.



INTERFECTO Vario Heliogabalo (sic enim malui-  
 mus dicere q̄ Antoninū: quia & nihil Antoninorū  
 pestis illa ostendit: & hoc nomen ex annalibus sena-  
 tus autoritate erasum est ad remediū generis huma-  
 ni) Aurelius Alexander urbe Arcena genitus, Varij  
 filius, Variæ nepos, & cōsobrinus ipsius Heliogaba-  
 li, accepit imperiū, cum ante Cæsar à senatu esset ap-  
 pellatus mortuo scilicet Macrino, Augustūq; nomē  
 idem recepit. Addito eo, ut & patris patriæ nomē, &  
 ius procōsulare, & tribunitiam potestati, & ius quintæ relationis, deferente sena-  
 tu uno die assumeret. Et ne præcepta ista honorū cōtinuatio uideat̄, exponā cau-  
 sas: quibus id & senatus coactus est facere, & ille perpeti. Non em̄ aut grauitati  
 senatus cōgruebat omnia simul deferre, aut bono principi raptū ire tot simul di-  
 gnitates. Milites iam insueuerant sibi imperatores, & tumultuario iudicio face-  
 re, & item facile mutare: asserētes nōnunq; ad defensionē se idcirco fecisse, q; ne-  
 scissent senatū principē appellasse, nam & Pescenniū Nigrū, & Clodiū Albinū,  
 & Auidium Cassium, & antea Lucium Vindicē, & L. Antoninū, & ipsum Seue-  
 rum, cū senatus iam Iulianū dixisset principē, imperatores fecerant: atq; ista res  
 bella ciuilia seuerat, quib⁹ necesse fuit militē cōtra hostem paratū paricidaliter  
 perire. Hac igitur causa festinatū est, ut omnia simul Alexander quasi iam uerus  
 Imperator acciperet. Huc accessit nimia & senatus, & populi inclinatio post illā  
 cladem: quæ nō solum Antoninorū nomē decolorauit, sed etiā Romanū deho-  
 nestauit imperiū. Certatim deniq; omnia decreta sunt & nominū genera & po-  
 testatum. Primus deniq; omniū cuncta insignia, & honorificetiæ genera simul  
 recepit, suffragante sibi met Cæsar̄is nomine, quod iam ante aliquot annos me-  
 ruerat: & magis suffragante uita & moribus, cum illi magnū conciliaisset fauorē,  
 q; eum Heliogabalus occidere conatus est: nec potuit & militibus repugnantibus,  
 & senatu refragante. Atq; hæc parua sunt, nisi q; dignū se exhibuit, quē se-  
 natus seruaret: quē saluū milites cuperēt: quē omniū bonorū sententiā principē  
 diceret. Alexander igitur, cui Mamea mater fuit (nam & ita dicit̄ à plerisq;) à pri-  
 ma pueritia artibus bonis imbutus tam ciuilibus, q̄ militariib⁹, ne unum quidē  
 diem sponte sua transire passus est, quò se nō ad literas, uel ad militiam exerce-  
 ret. Nam in prima pueritia literatores habuit Valerium Cordium, & T. Veturium,  
 & Aurelium Philippum libertum patris, qui uitam eius postea in literas  
 misit. Grammaticū in patria græcum Nebonē, rhetorē Serapionē, philosophū  
 Stilionē. Romæ grammaticos Scaurinū Scaurini filium doctorē celeberrimū:  
 rhetores Iulium Fontinum, & Bebiū Macrinū, & Iulianum Granianū, cuius  
 hodieq;



hodieq; orationes declamatae feruntur. Sed in latinis non multum profecit, ut ex eiusdem orationibus apparet, quas in senatu habuit: uel in concionibus, quas apud milites, uel apud populum: nec ualde amauit latinam facundiam, sed amauit literatos homines uehementer, eos etiam reformidans, ne quid de se asperum scriberet. Denique eos dignos adesse iubebat, singula quaeque, quae publice, priuatimque agebat, se ipso docente uolebat addiscere: si forte ipsi non affuissent, ea quae petebat, ut si uera essent, in literas mitterent. Dominum se appellari uetuit. Epistolas ad se quasi ad priuatum scribi iussit, seruato tantum nomine Imperatoris. Gemmas de calciametis, & uestibus tulit, quibus usus fuerat Heliogabalus: ueste, ut & pingitur, alba usus est, nec aurata, penulis, togisque communibus. Cum amicis tam familiariter uixit, ut communis esset ei saepe confessus, iret & ad conuiuia eorum: aliquos autem haberet quotidianos etiam non uocatos: saluaret uero quasi unus de senatoribus patente uelo, admissionalibus remotis: aut solis istis, qui ministri ad fores fuerant: cum antea salutare principem non liceret, quod eos uidere non poterat. Et erat corporis uenustate decorus, ut hodie in picturis & statuis uidemus. Fuit & staturae militaris, robur militis, ualetudo eius, qui uim sui corporis sciret, ac semper curaret. Erat praeterea cunctis hominibus amabilis: & ab alijs pius appellabatur, ab omnibus certe sanctus, & utilis Reipublicae. Huic fors in templo Praenestinae Vestae talis extitit, cum illi Heliogabalus insidiaretur.

Modestus  
imperator.

\* Si qua fata aspera rumpas,

\* Tu Marcellus eris.

Alexandri nomen accepit, quod in templo dicato apud Arcenam urbem Alexandro Magno natus esset: cum casu illuc die festo Alexandri pater cum uxore patriae solennitatis implendae causa uenisset. cui rei argumentum est, quod eadem die natalem habet hic Mammae Alexander, quo ille Magnus excessit e uita. Delatum sibi Antonini nomen a senatu recusauit: cum hic magis affinitate Caracalli iungeret, quam ille Heliogabalus subdititius. Siquidem, ut Marius Maximus dixit in uita Seueri, nobilem orientis mulierem Seuerus: cuius hanc genituram esse compererat, ut uxor Imperatoris esset: adhuc priuatus, & non magni satis loci, duxit uxorem. Ex qua affinitate hic Alexander fuit, cui uere per matrem suam consobrinus Varius Heliogabalus fuit. Recusauit & Magni nomen, quod ei quasi Alexandro est oblatum senatus iudicio. Interest retexere orationem, qua nomen Antonini & Magni delatum sibi a senatu recusauit: quam priusquam praeferam, addam acclamationes senatus, quibus id decretum est ex actis urbis ad pridie Nonas Martias. Cum senatus frequens in curiam, hoc est, in aedem Concordiae templum inauguratum conuenisset: rogatusque esset Aurelius Alexander Caesar Augustus, ut conueneret: ac primo recusasset, quod sciret de honoribus suis agendum: deinde postea uenisset, acclamatum: Auguste innocens, Dijs te seruent. Alexander Imperator Dijs te seruent. Dijs te nobis dederunt. Dijs conseruent. Dijs te ex manibus impuri eripuerunt. Dijs te perpetuent. Impurum tyrannum & tu perpeffus es: impurum & obscenum & tu uidere doluisti. Dijs illum eradicauerunt. Dijs te seruent. Infamis Imperator rite damnatus. Felices nos imperio tuo, felicem Reipublicam. Infamis unco tra-

Abst uiuere.

C 3 ctus est



ctus est ad exēplum timoris. Luxuriosus Imperator iure punitus est. Contami-  
 nator honorū iure punitus est. Dīj immortales Alexādro uitam, iudicia Deorū  
 hinc apparēt. Et cū egisset gratias Alexāder, acclamatū est: Antonine Alexāder  
 Dīj te seruent. Antonine Aureli, Dīj te seruent. Antonine Pie, Dīj te seruent.  
 Antonini nomen suscipias, rogamus. Præsta bonis Imperatoribus, ut Antoni-  
 nus dicaris. Nomen Antoninorū tu purifica. Quod ille infamauit, tu purifica.  
 Redde in integrū nomen Antoninorū. Sanguis Antoninorū se cognoscat. In-  
 iuriam Marci tu uindica. Iniuriam Veri tu uindica. Iniuriā Bassiani tu uindica.  
 Peior Commodō solus Heliogabalus, nec Imperator, nec Antoninus, nec ciuis,  
 nec senator, nec nobilis, nec Romanus. In te salus, in te uita, ut uiuere delectet.  
 Antoninorū Alexandro uitam, ut uiuere delectet, & Antoninus uocet. Anto-  
 ninorū templa Antoninus dedicat. Parthos & Persas Antoninus uincat, Sacrū  
 nomē sacratu accipiat. Sacrum nomē castus accipiat. Antonini nomē ut agno-  
 scat Antoninorū honorē, Dīj cōseruet in te omnia: per te omnia Antonine ha-  
 beas. Et post acclamationes Aurelius Alexander Cæsar Augustus. Gratias  
 uobis P. C. nō nunc primū, sed & de Cæsareo nomine, & de uita seruata, & Au-  
 gusti nomine addito, & de pontificatu maximo, & de tribunitia potestate, &  
 procōsulari imperio. Quæ omnia nouo exēplo uno die in me cōtulistis. Et cum  
 diceret, acclamatū: Hæc suscepisti: Antonini nomē suscipi mereat, senatus Anto-  
 nini mereat. Antonine Auguste Dīj te seruent: Dīj te Antoninū cōseruent: mo-  
 netæ nomen Antonini reddatur. Templa Antoninorū Antoninus cōsecret.  
 Aurelius Alexander Augustus. Ne quæso P. C. ne me ad hanc certaminis ne-  
 cessitatē uocetis, ut ego cogar tanto nomini satisfacere: cum etiam hoc ipsum no-  
 men licet peregrinū, tamē grauare uideat. Hæc enim nomina insignia onerosa  
 sunt. Quis em̄ Ciceronē diceret mutum? quis indoctum Varronē? quis impiū  
 Metellum? Et, ut hoc Dīj auertant, quis nō æquitatē nomina ferat digerentē in  
 clarissimā spem dignitatū? Item acclamata quæ supra. Item Imperator dixit:  
 Antoninorū nomē uel iam numē potius quale fuerit, meminit uestra demētia:  
 si pietatē, quid Pio sanctius? si doctrinā, quid Marco prudentius? si innocentia,  
 quid Vero simplicius? si fortitudinē, quid Bassiano fortius? Nam nunc Com-  
 modi meminisse nolo: si hoc ipse tēpore deterior te fuit, qd' cū illis moribus An-  
 tonini nomē obtinuit. Diadumenus autē nec tēpus, nec atate, & arte patris hoc  
 nomē incurrit. Item acclamatū, ut supra. Item imperator dixit: Nuper certe P.  
 meministis: cum ille omniū non solum bipedum, sed etiā quadrupedū spurcissi-  
 mus, Antonini nomē præferret: & in turpitudine, atq; luxuria Neronēs, Vitel-  
 lios & Cōmodos uinceret: qui gemitus omniū fuerint, cum per populū, & hone-  
 storum coronas una uox esset, hunc nō rite Antoninū dici: & per hanc pestem  
 tantū uiolari nomē. & cum diceret, acclamatū est: Dīj mala prohibeant. Hæc te  
 imperante nō timemus: de his, te duce, securi sumus. Vicisti uitia, uicisti crimina,  
 uicisti dedecora. Antonini nomē ornauisti: certi sumus, bene præsumimus: nos  
 te & à pueritia probauimus, & nunc probamus. Item Imperator: Neq; ego  
 P. C. idcirco timeo istud uenerabile omnibus nomē accipere, quod uerear, ne in  
 hæc uitia



» hæc uita delabatur uita, aut q̄ nos nominis pudeat. sed primū displicet alienæ  
 » familiæ nomen assumere, deinde q̄ grauari me credo. & cum hæc diceret, accla-  
 » matum est, ut supra. Item dixit: Si enim Antonini nomen accipio, possum &  
 » Traiani, possum & Titi, possum & Vespasiani. & cum diceret, acclamatum est:  
 » Quomō Augustus, sic & Antoninus. Tunc imperator: Video p. c. quid uos  
 » moueat ad hoc nobis addendū. Augustus primus, primus est huius autor im-  
 » perij: & in eius om̄es uelut quadā adoptione, aut iure hæreditario succedimus.  
 » Antonini ipsi Augusti dicti sunt. Antoninus idem sapius Marcū, & item Ve-  
 » rum iure adoptionis uocauit. Cōmodo autē hæreditariū fuit, susceptū Diadu-  
 » meno, affectatū in Bassiano, ridiculum in Aurelio. Et cum diceret, acclamatum  
 » est: Alexander Auguste Dñ te seruent uerecundiæ tuæ, prudentiæ tuæ, innocen-  
 » tiæ tuæ, castitati tuæ. hinc intelligimus qualis futurus sis: hinc pbamus, tu facies,  
 » ut senatus bene principes eligat. Tu facies optimū esse iudiciū senatus. Alexan-  
 » der Auguste Dñ te seruēt. Tempa Antoninorū Alexander Augustus dedit.  
 » Cæsar noster, Augustus noster, Imperator noster, Dñ te seruēt. Vincas, ualeas,  
 » multis annis imperes. Alexāder imperator dixit: Intelligo p. c. me obtinisse,  
 » quod uolui: & in acceptū refero plurimas gratias, & agens, & habens senis ore:  
 » ut hoc nomē, quod in imperiū detulimus, tale sit, ut ab alijs desyderet: & bonis  
 » uestræ pietatis iudicijs efferat. Post hæc acclamatū est: Magne Alexander, Dñ  
 » te seruent. Si Antonini nomen repudiasti, Magni prænomen suscipe. Magne  
 » Alexander Dñ te seruēt. & cū sapius diceret, Alexander Augustus ait: Facilius  
 » fuit p. c. ut Antoninorū nomen acciperē: aliquid em̄ uel affinitati deferrem, uel  
 » consortio nominis imperialis. Magni uero nomē cur accipitur? quid enim iam  
 » magnum feci: cum id Alexander post magna gesta, Pompeius uero post ma-  
 » gnos triumphos acceperit. Quiescite igitur uenerandi patres, & uos ipsi magni-  
 » fici unum me de uobis esse censete potius, q̄ Magni nomen ingerite. Post hæc  
 » acclamatū est: Aureli Alexander Auguste Dñ te seruēt. Et reliqua ex more, di-  
 » misso senatu, cum & alia multa eo die essent acta, quasi triumphans domum se  
 » recepit. Multo darior uisus est alienis nominib⁹ nō receptis q̄ si recepisset, atq̄  
 » ex eo cōstantiæ, ac plenæ grauitatis famā obtinuit. Siquidē uni adolescēti sena-  
 » tus totus persuadere nō potuit: sed q̄uis senatu rogante nō potuerit persuade-  
 » ri, ut uel Antonini, uel Magni nomina susciperet: tamen ob ingentē uigorē ani-  
 » mi, & mirandā singularēq̄ cōstantiā cōtra militū insolentiā Seueri nomē à mi-  
 » litibus eidē inditū est: qd̄ illi ingentē in præsentia reuerentiā, magnā apud poste-  
 » ros gloriā peperit, cum eò accessisset, ut de animi uirtute nomē acceperit: siquidē  
 » solus inuētus sit, qui tumultuantes legiones exautorauerit, ut suo loco ostendat:  
 » In milites autem grauissime animaduertit, qui forte incurrerūt aliquid, quod  
 » uideretur iniustum, ut & ipsum locis suis declarabimus. Omina imperij hæc ha-  
 » buit. Primū, qd̄ ea die natus est, qua defunctus uita Magnus Alexander dicit:  
 » deinde, quod in templo eius mater enixa est. Tertio, quod ipsius nomē accepit.  
 » Tum præterea quod ouum purpurei coloris eadē die natū, qua ille natus est,  
 » palumbinū anicula quædā matri eius obtulit: ex quo quidē aruspices dixerunt



Imperatorē quidem illum, sed nō diu futurū, & cito ad imperium peruenturū. Tum præterea q̄ tabula Traiani Imperatoris, quæ geniali lecto patris imminēbat, dum mater eum in templo pareret, in lectum eius decidit. His accessit, q̄ nutritrix ei Olympias data est: quo nomine mater Alexandri appellata est. Nutritrix Philippus prouenit casu unus ex rusticis, q̄ nomē patri Alexandri Magni fuit. Fertur die prima natalis toto die apud <sup>†</sup> aream Cæsaream stella primæ magnitudinis uisa, & Sol circa domum patris eius fulgido ambitu coronatus. Cum eius natalem aruspices cōmendarēt, dixerūt eum summā rerum tenturū: idcirco quod hostiæ de ea uilla quæ esset Seueri Imperatoris, adductæ essent, & quas in illius honorē coloni parassent. Nata in domo laurus iuxta persici arborem, intra unum annū persici arborem uicit. Vnde etiam coniectores dixerunt Persas ab eo esse uincendos. Mater eius pridie, quā pareret, somniāuit se puerum dracunculū parere. Pater eadem nocte in somnijs uidit alis se Romanæ uictoriæ, quæ in senatu, ad cælum uehi. Ipse cum uatem consulere de futuris, hos accepisse dicitur uersus adhuc paruulus. Et primis quidem sortibus,

.. Te manet imperium cæli, terræq̄, marisq̄,

Intellectum est, quod inter diuos etiam referetur.

.. Te manet imperium, quod tenet imperium.

Ex quo intellectum est Romani illum imperij principem futurū. Nam ubi est imperium, nisi apud Romanos, quod tenet imperium? Et hæc quidē de græcis uersibus sunt prodita. Ipse autē, cum parentis hortatu animū à philosophiā, & musica ad alias artes traduceret, Virgilij sortibus huiusmodi illustratus est:

.. Excudent alij spirantia mollius æra,

.. Credo equidem, uiuos ducent de marmore uultus.

.. Orabunt causas melius, cælicq̄ meatus.

.. Describent radio, & surgentia sydera ducent.

.. Tu regere imperio populos Romane memento.

.. Hæ tibi erunt artes, paci q̄ imponere morem,

.. Parcere subiectis, & debellare superbos.

Fuerūt multa alia signa, quibus principē humani generis esse cōstaret. Nimiū ardor oculorū, & diutius intuentibus grauis, & diuinationo mentis frequētissima, rerū memoria singularis: quā nemo, nisi Acholi<sup>9</sup>, ferebat<sup>†</sup> adiutā. Et cū puer ad imperiū peruenisset, fecit cuncta cum matre: ut & illa uideret pariter imperare mulier sancta, sed auara, & auri atq̄ argenti cupida. Vbi ergo Augustū agere cepit imperiū, primū remouit iudices omnes à rep. & à ministerijs, atq̄ muneribus, q̄s impurus ille Heliogabalus ex genere hominum turpissimo prouexerat. Deinde senatū, & equestre ordinē purgauit. Ipsas deinde tribus, & eos, qui militariibus nitunt<sup>r</sup> prærogatiuis, purgauit: & palatiū suū, comitatūq̄ omnē, abiectis ex aulico ministerio cunctis obscenis & infamib<sup>9</sup>: nec quenq̄ passus est esse in palatinis, nisi necessariū hominē. Iureiurando deinde cōstrinxit, ne quē ascriptum, id est, uagantiū haberet, ne annonis rep. grauaret: dicens malū pupillū esse Imperatorē, qui ex uiscerib<sup>9</sup>, puincialiū hoies nō necessarios, nec reip. utiles pasceret.

Als tarcam.

Als† ad uitā

Audi prin/  
ceps Chri/  
stiane,



pasceret. fures iudicare iussit: in ciuitatibus ullis nunquā uideri: & si essent, iussit deportari per rectores prouinciarū. Annonam militum diligenter inspexit. tribunos, qui per stellaturas militibus aliquid tulissent, capitali poena affecit. \* In iocis Alexander dulcissimus fuit, in fabulis amabilis: in conuiujs comis ita, ut quisq; posceret quod uellet. Ad aurum colligendum attentus, ad seruandum cautus, ad inueniendum sollicitus, sed sine cuiuscūq; excidio. Syrum se dici uolebat, sed à maioribus Romanū. Et stemma generis depinxerat, quo ostendebatur genus eius à Metellis descendere. Rhetoribus, grammaticis, medicis, aruspibus, mathematicis, mechanicis, architectis salaria instituit. Et auditoria decreuit, & discipulos cum annonis pauperū filios modo ingenuos dari iussit. Etiam in prouincijs oratoribus forensibus multum detulit: pleriq; etiā annonas dedit, quos cōstitisset gratis agere. Leges in annos firmauit, easq; etiā ipse diligentissime seruauit. Theatralia spectacula sæpe obiit. Theatrum Marcelli reficere uoluit, multis ciuitatibus, quæ post terræmotus deformes erant, sumptus ad instauratiōem operū, & publicorū, & priuatorū pecuniam ex uectigalibus dedit. In templis sanè nunquā præter quatuor, aut quinque argenti libras, auri ne guttulam quidem aut bracteolam posuit, susurrans uersum Persij:

» IN SANCTIS QUID FACIT AVRVM?

Expeditiones bellicas habuit, de quibus ordine suo edisseram. Primū tamē eius consuetudinē dicam de rebus uel tacendis, uel prodendis. Tacebant secreta bellicorum: itinerum autē dies publice proponebant: ita, ut edictum penderet ante menses duos: in quo scriptū esset, illa die, illa hora ab urbe sum exiturus: & si Dij uoluerint, in prima mansione mansurus. Deinde per ordinē mansiones, deinde statiuæ, deinde ubi annona esset accipienda. Et id quidem eo usq; quandiu ad fines Barbaricos ueniret. Et iam enim inde tacebat, & omnes ambulabant: ita ne dispositionē Romanā Barbari scirent. Certum est autē eum nunquā id, quod proposuerat, sefellisse: cum diceret, Nolle ab aulicis suas uendi dispositiones: quod factum fuerat sub Heliogabalo, cū ab eunuchis omnia uenderent. Quod genus hominum idcirco secreta omnia in aula esse cupiunt, ut soli aliquid scire uideant. Et habent unde uel gratiam, uel pecuniam requirant. Et quia de publicanis dispositionibus mentio contigit, ubi aliquos uoluisset, uel Rhetores prouincijs dare, uel præpositos facere procuratores: id est, rationales ordinare: nomina eorū, pponerat, hortans populū: ut si quis quid haberet criminis, pbaret manifestis rebus: si nō probasset, subiret poenā capitis. Dicebatq; graue esse, cū id Christiani & Iudæi facerēt in prædicandis sacerdotibus, qui ordinandi sunt: nō fieri in prouinciarū rectoribus, quibus & fortunæ hominū cōmitterent & capita. Assessoribus salaria instituit: quibus sæpe dixerit eos esse promouēdos, qui per se Remp. gerere possent, nō per assessores: addens militares habere suas administrationes, habere literatos. Et ideo unūquēq; hoc agere debere qd' nosset. Thesauros repertos his, qui reppererant, donauit: & si multi essent, addidit his eos, quos in suis habebat officijs. cogitabat secū, & descriptū habebat, cui quid præstitisset: & si quos sciret, uel nihil petisse, uel nō multū, unde sumptus suos augeret, uocabat

Alius historia ordo in quibusdam exemplaribus ponitur, sequitur enim: Negocia & causas &c. pag. 315. uer. ult. usq; Omnibus nominibus, pag. 323. uer. 32. Hinc sequitur hic textus: In iocis &c.

Christiani.



As + uldi/  
mos.

ius gladij.

Christiani.

uocabat eos, & dicebat: Quid est, cur nihil petis? an me tibi uis fieri debitorem? pete, ne priuatus de me queraris. Dabat autē hęc in beneficijs, quę famam eius non laderent bona punitorū. Sed nunq̄ cū auro, argento, uel gemmis: nam id omne in arariū reponebat. Dabat præposituras locorū ciuiliū, nō militū: dabat eas administrationes, quę ad procuraciones pertinerēt. Rationales cito mutabat, ita ut nemo nisi annū cōpleret: eosq̄ si boni essent, oderat, malum necessarium uocans. Præsides uero proconsules & legatos nunq̄ fecit ad beneficiū, sed ad iudiciū uel suum, uel senatus. Milites expeditionis tēpore sic disposuit, ut in mansionibus annonas acciperēt: nec portarēt cibaria decē & septē, ut solent, dierum, nisi in Barbarico: q̄ uis & illic mulis eisdem, atq̄ camelis adiuuerit: dicens milites se magis seruare, q̄ seipsum, qd' salus publica in his esset. Aegrotantes ipse uisitauit per tentoria: milites etiā multos & carpētis uexit, omnibus necessarijs adiuuit. Et si forte grauius laborassent, per ciuitates & agros patribus familias hominibus, & sanctioribus matronis eos distribuebat: reddens impendia quę fecissent, siue cōualuissent illi, seu perissent. Cum quidā Ouinius Camillus senator antiquę familię delicatissimus rebellare uoluisset tyrannidē affectans, eiq̄ nunciatū esset, ac statim probatū, ad palatiū eum rogauit: eiq̄ gratias egit, q̄ curam Reip. quę recusantibus bonis imponeret, sponte reciperet. Deinde ad senatū processit, & timentē, ac tantę cōscientię tabe cōfectum participē imperij appellauit, in palatiū recepit, cōuiuio adhibuit: ornamentijs imperialibus, & melioribus q̄ ipse utebatur, affectit. Et cum expeditio barbarica esset nunciata, uel ipsum, si uellet ire, uel ut secum proficisceret, hortatus est. Et cum ipse pedes iter faceret, illum inuitauit ad laborē: quē post quinq̄ milia cunctantē equo sedere iussit. Cumq̄ post duas mansiones equo etiā fatigatus esset, carpēto imposuit. Hoc quoq̄ seu timore, seu uere respuentē, abdicantē quinetiā imperiū, & mori paratū dimisit, cōmendatumq̄ militibus, à quibus Alexander unice amabat, tutum ad uillas suas ire præcepit, in quibus diu uixit, sed post iussu Imperatoris occisus est, q̄ ille militaris esset, & à militibus amatus. Scio uulgum hanc rem, quā cōtexui, Traiani putare: sed neq̄ in uita eius id Marius Maximus ita exposuit, neq̄ Fabius Marcellinus, neq̄ Aurelius Verus, neq̄ Statius Valens, qui omnē eius uitam in literas miserunt. Contra autē & Septimius, & Acholius, & Encolpius uitę scriptores, ceteriq̄ de hoc talia prædicarunt: qd' ideo addidi, ne quis uulgi magis famā sequeret, q̄ historiā, quę rumore utiq̄ uulgi uerior reperitur. Honores iuris, & gladij nunq̄ uendi passus est, dicēs: necesse est, ut qui emit, uendat. Ego nō patiar mercatores potestati: quos si patiar, damnare non possim. Erubesco enim punire illum hominē, qui emit, & uendit. Pontificatus, & quindecimuiratus, & auguratus codicillares fecit: ita, ut in senatu allegarentur. Dexippus dixit uxorē eum cuiusdā Martiani filiam duxisse, eundemq̄ ab eo Cæsare nuncupatū. Verum cum uellet insidijs occidere Alexandrū Martianus, detecta factione, & ipsum interemptū, & uxorē abiectam. Idem dicit fuisse patrum Antoninum Heliogabalum Alexandri non uxoris sororis eiusdem filium. Cum Christiani quendam locum, qui publicus fuerat, occupassent: contra

contra



cōtra popinarij dicerēt sibi eum deberi, rescripsit melius esse, ut quomodocūq; illic Deus colatur, q̄ popinarijs dedatur. Cum igitur tantus ac talis Imperator domi ac foris esset, inijt Parthicam expeditionē: quā tanta disciplina, tanta reuerentia sui egit: ut nō milites, sed senatores transire dicerēt. Quacunq; iter legiones faciebant, Tribuni accincti, Centuriones uerecundi, milites amabiles erant. Ipsum uero ob hoc tot & tanta bona prouinciales ut Deum suscipiebant. Iam uero ipsi milites iuuenē Imperatorē sic amabant ut fratrem, ut filium, ut parentē: uestiti honeste, calciati etiam ad decorē, armati nobiliter equis etiā instructi, & ephippijs ac frenis decentibus profus, ut Romanā remp. intelligeret quicunq; Alexandri uidisset exercitū. Elaborabat deniq; ut dignus illo nomine uideret: immo ut Macedonē illum uinceret: dicebatq; inter Romanū Alexandrum & Macedonē multū interesse debere. Fecerat deniq; sibi argyroaspidas & chrysoaspidas: fecerat & phalangem triginta milium hominū, quos Phalangarios uocari iusserat: & cum quibus multū fecit in Perside: quæ quidē erat ex sex legionibus similiū armorū: stipēdiōrū uero post Persicū bellum maiorū, dona regia in templis posuit: gemmas sibi oblatas uendidit: muliebri esse existimans gemmas possidere, quæ neq; militi dari possint, neq; à uiro haberi. Cum quidā legatus uniones duos uxori eius per ipsum obtulisset magni ponderis & inusitata mensuræ, uendi eos iussit: cum precium nō inuenirēt, ne exēplum malum à regina nasceret, si eo uteret, quod emi nō posset, in auribus Veneris eos dicauit. *VI. Vlpianus.*

pianum pro tutore habuit. Primum repugnante matre, deinde gratias agente, quæ sæpe à militū ira obiectu purpuræ summæ defendit: atq; ideo summus Imperator fuit, q̄ eius cōsilijs præcipue remp. rexit. In procinctu atq; in expeditionibus apertis papilionibus prandit, atq; cœnauit: cum militare cibum cunctis uidentibus atq; gaudentibus sumeret: circumiret propè tota tentoria, à signis abesse neminē pateret. Si quis de uia in alicuius possessionē deflexisset, p̄ qualitate loci, aut fustibus subijciebat in cōspectu eius, aut uirgis, aut cōdemnationi: aut si hæc omnia transiret dignitas hominis, grauissimis cōtumelijs, cum diceret: Vis ne hoc in agro tuo fieri, qd' alteri facis? Clamabatq; sapius qd' à quibusdam siue Iudæis, siue Christianis audierat, & tenebat: idēq; per præconē cū aliquē emendaret, dici iubebat: QVOD TIBI NON uis, alteri ne feceris. Quā *Christiana lex.*

sententiam usq; adeo dilexit, ut & in palatio, & in publicis operibus perscribi iuberet. Idem cum quandam aniculam affectam iniurijs à milite audisset, exautoratum eum militia seruum ei dedit, qd' artifex carpentarius esset, ut eum pasceret. Et cum doleret hoc milites factum, persuasit omnibus, ut modeste ferrēt, & eos terruit. Animatū imperiū eius, cū fuerit durus & tetricus, idcirco uocatum est, q̄ senatorē nullum occiderit, ut Herodianus græcus scriptor refert in libris temporū suorū. Seueritatis autē tantæ fuit in milites, ut sæpe legiones integras exautorauerit ex militibus Quirites appellans, nec exercitū unq; timuerit: idcirco quod in uitam suam dici nihil posset, q̄ unq; Tribuni uel Duces de stipendijs militum quicq; accepissent, dicens: Miles nō timet, nisi uestitus, armatus, calciatus, & satur, & habens aliquid in zonula: idcirco quod mendicitas militaris ad omnem

*Verm. de possessione  
gemmarum*

*Vlpianus.*

*Christiana  
lex.*



omnem desperationē uocaret armatum. Apparitores deniq; nullos esse passus est Tribunis aut ducibus, nisi milites anteire uoluit. Iussitq; ut ante Tribunal quatuor milites ambularent: ante ducem, sex: ante legatum, decem: hiq; ad domos suos reciperentur. & ut seueritas eius agnosci posset, unam concionem militarem indendam putauit, quæ illius in rem militarem mores ostenderet. Nam cum Antiochiam uenisset: ac milites lauacris muliebribus & delitijs uacarent, eiq; nunciatum esset, omnes eos cōprehendi iussit, & in uinula conijci. Quod ubi compertum est, mota seditio est à legione: cuius socij erant in uinula coniecti. Tum ille tribunal ascendit, uinctisq; omnibus, ad tribunal adductis circumstantibus etiam militibus & quidem armatis, ita cœpit. Commilitones si tamen ista uobis, quæ à uestris facta sunt, displicent: disciplina maiorum rem publicam tenet: quæ si dilabitur, & nomē Romanum & imperium amittemus. Neq; enim sub nobis ista facienda sunt, quæ sub impura illa bestia nuper facta sunt. milites Romani uestri, socij mei contubernales & cōmilitones amant, potant, lauant Græcorū more, & quidem se instituunt. Hoc ego diutius feram: & nō eos capitali dedam supplicio: Tumultus post hoc ortus est. Atq; iterū: Qui in concione estis, uocem in bello contra hostem, non contra Imperatorē uestrū necessariam, certe campi doctores uestri hanc uos docuerunt: contra Sarmatas & Germanos, ac Persas emittere: non contra eum, qui acceptam à prouincialibus annonā, qui uestem, qui stipendia uobis attribuit. Continere igitur uocem truculentam, campo ac bellis necessariam, ne uos hodie omēs uno ore, atq; una uoce quirites dimittam: & incertum, an quirites. Non enim digni estis, qui uel Romanæ plebis sitis, si ius Romanum non agnoscitis. Et cum uehementius fremerent, ac ferro quoq; minarentur: Deponite, inquit, dextras cōtra hostem erigendas, si fortes estis: me enim ista non terrent. Si enim unum hominē occideritis, non nobis deerit Resp. non senatus, non P. R. qui de uobis uindictet. Cum nihilominus post ista fremerēt, exclamauit: Quirites discedite atq; arma deponite. Mirando exemplo depositis armis, depositis etiam sagulis militaribus, omnes nō ad castra, sed ad diuersoria uaria recesserunt. Tuncq; primum intellectum est, quantum eius seueritas posset. Deniq; etiam signa stipatores & hi, qui Imperatorē circundederant, in castra retulerunt: arma collecta populus ad palatium tulit: eam tamen legionem quam exautorauit, rogatus per dies xxx. priusq; ad expeditionē Persicam proficisceret, loco suo restituit, eaq; pugnante maxime uicit: cum tamē Tribunos eius capitali affecerit supplicio, quod per negligentiam illorū milites apud Daphnem luxuriati essent, uel per cōniuentiam seditionē fecissent exercitus. Magno igitur apparatu inde in Persas profectus, Artaxerxem regem potentissimū uicit: cum ipse Alexander cornua adiret, milites admoneret, sub ictus teli uersaretur, manu plurimū faceret: singulos quosq; milites ad laudem uerbis adduceret. Fuso deniq; fugatoq; tanto rege, qui cum septingentis elephantis, falcatisq; mille & octingentis curribus ad bellum uenerat equitum multis milibus statim Antiochiam redijt, & de præda quam Persis diripuit, suum ditauit exercitū: cum & Tribunos ea quæ per uicos diripuerāt, & duces



duces & ipsos milites habere iussisset. Tumque primū Persæ serui apud Romanos fuerunt: quos quidem, quia indigne ferunt Persarū reges quēpiam suorum alicubi seruire, acceptis precijs reddidit: preciumque uel his, qui manu ceperant seruos dedit, uel in ararium contulit. Post hoc Romam uenit, triumphoque pulcherrimo acto, apud senatū primū hæc uerba habuit. Ex actis senatus die septimo Calen. Octobres. Persas P. C. uicimus: longæ eloquentiæ opus nō est: tantū scire debetis, quæ illorū arma fuerint, qui apparatus. Iam primum elephantum septingenti, ijdemque turrati cū sagittarijs & onere sagittarū. Ex his trecentos cepimus, ducenti interfecti iacent. Decem & octo perduximus. Falcati currus mille, & adducere interfectorū animalium currus ducentos potuimus: sed id quia & fingi poterat, facere superfedimus. Centum & uiginti milia equitū fudimus: cataphractarios, quos illi Clibanarios uocant, decem milia in bello interemimus, eorū armis nostros armauimus. Multos Persarū accepimus, eosdemque uendidimus. Terras interamnanas Mesopotamiæ scilicet neglectas ab impura illa bellua recepimus. Artaxerxem potentissimū regem tam re, quā nomine fufum fugauimus: ita ut eum terra Persarum fugientem uideret: & qua ducta fuerant quondam signa nostrorū, ea rex ipse signis effugerit relictis. Hæc sunt P. C. gesta, eloquentia opus non est, milites diuites redeunt, laborem in uictoria nemo sentit. Vestrum est supplicationem decernere, ne Dijs uideamur ingrati. Acclamatio senatus: Alexander Auguste Dijs te seruent. Persice maxime Dijs te seruent. Vere Parthicus, uere Persicus, Trophæa tua & nos uidemus, uictorias & nos uidemus. Iuueni Imperatori patri patriæ, pontifici maximo: per te uictoriā undique præsumimus: ille uincit qui milites regit, diues senatus, diues miles, diues P. R. Dimisso senatu Capitolium ascendit: atque inde re diuina facta, & tunicis Persicis in templo locatis, concionem huiusmodi habuit. Quirites uicimus Persas, milites diuites reduximus: uobis congiarium pollicemur, cras ludos Circenses Persicos dabimus, Hæc nos & in Annalibus, & apud multos repperimus. Sed quidam dicunt à seruo suo eum proditum non uicisse regem, sed ne uinceretur fugisse. Quod contra multorū opinionē dici non dubium est his, qui plurimos legerint. Nam & amisisse illum exercitum dicunt fame, frigore, ac morbo, ut Herodianus autor est contra multorum opinionē. Post hoc cum ingenti gloria comitante senatu, equestri ordine atque omni populo, circumfusisque undique mulieribus & infantibus, maxime militū coniugibus, pedes palatium cōscendit: cum retro currus triumphalis à quatuor elephantis traheretur. Leuabatur manibus omnium Alexander, uixque illi per horas quatuor ambulare permissum est undique omnibus clamantibus: Salua Roma, quia saluus est Alexander. Alia die actis Circensibus, & item ludis scænicis, deinceps congiarium populo Romano dedit. Puellas & pueros quæadmodum Antoninus Faustianas instituerat, Mammeanas & Mammeanos instituit. Actæ sunt res feliciter & in Mauritania Tingitana per Furium Celsum, & in Illyrico per Variū Macrinū affinē eius, & in Armenia per Iunium Palmatū: atque ex omnibus locis ei tabellæ laureatæ sunt delatæ: quibus in senatu & apud populum lectis, negotia & causas prius à scri-

D niorum



niorum principibus, & doctissimis iurisperitis & sibi fidelibus, quorum primus tunc Vlpianus fuit, tractari ordinariq; , atq; ita referri ad se præcepit. Leges de iure populi & fisci moderatas & infinitas sanxit: neq; ullam constitutionē sacra, uit sine uiginti iurisperitis & doctissimis, ac sapiētibus uiris, ijs deniq; disertissimis nō minus quinquaginta: ut nō minus in cōsilio essent sentētia, q̄ senatuscōsultū cōficeret: & id quidē ita, ut iretur per sentētias singulorū: ac scriberet quid quisq; dixisset: dato tamē spacio ad disquirēdum cogitandūq; priusq; diceret, ne incogitati dicere cogere de rebus ingētibus. Fuit præterea illi cōsuetudo: ut si de iure, aut de negocijs tractaret, solos doctos & disertos adhiberet. Si uero de re militari, milites ueteres & senes, benemeritos & locorū peritos, ac bellorū & castrorū, & omēs literatos: & maxime eos, qui historiā norant: requirēs quid in talibus causis, quales in disceptatiōe uersabant, ueteres Imperatores uel Romani, uel exterarū gentiū fecissent. Referebat Encolpius, quo ille familiarissimo usus est: illum si unq̄ furem iudicē uidisset, paratū habuisse digitū, ut illi oculū erueret. Tantū odium eum tenebat eorū, de quibus apud se probatum esset, q; fures fuissent. Addit Septimius, qui uitā eius nō mediocriter executus est: tantū stomachi fuisse Alexandrū in eos iudices, qui furtorū fama laborassent, etiā si damnati nō essent: ut si eos casu aliq̄ uideret, cōmōtione animi, stomachi choleram euomeret toto uultu inardescēte, ita ut nihil posset loqui. Nam cum quidā Septimius Arabinus famosus crimine furtorū, & sub Heliogabalo iam liberatus, inter senatores principē salutatū uenisset, exclamauit: o Maria, o Iuppiter, o Dij immortales. Arabinus nō solum uiuit, uerū etiā in senatū uenit: fortassis etiā de me sperat: tam fatuū, tam stultū esse me iudicat. Salutabat autē nomine hoc: Aue Alexander. Si quis caput flexisset, aut blandius aliquid dixisset, uti adulator: uel abijciebat, si loci eius qualitas pateret: uel ridebat ingenti cachinno, si eius dignitas grauiori subiacere non posset iniuriæ. Salutatus cōfessum obtulit omnibus senatoribus: atq; adeo nisi honestos & bonæ famæ homines ad salutationē nō admisit. Iussitq; quēadmodū in Eleusinis sacris dicit: ut nemo ingrediatur, nisi qui se innocentē nouit. Per præconē edixit, ut nemo saluaret principem, qui se furem esse nosset, ne aliquādo detectus capitali supplicio subderet. Ipse adorari se uetuit, cū iam cœpisset Heliogabalus adorari regum more Persarum. Erat præterea hæc illius sentētia, solos fures de paupertate cōqueri, dum uolunt scelera uitæ suæ tegere. Idem addebat sententiam de furibus notam: & græce quidē, quæ latine hoc significat: Qui multa rapuerit, pauca suffragatoribus dederit, saluus erit. Quæ græce talis est: ὁ πολλὰ κλέψας, ὀλίγα δούσ ἐκφέρεται. Præfec. præf. sibi ex senatus autoritate constituit. præf. † ubi à senatu accepit, aliter præf. præf. fecit: qui ne fieret, etiā fugerat, dicens inuitos non ambientes in remp. collocandos. senatorem nunq̄ sine omnium senatorum, qui aderant, consilio fecit: ita ut per sententias omnium crearetur. testimonia dicerent summi uiri: ac si fefellissent uel testes, uel hi qui sentētias dicebant, postea in ultimū reijcerent locū ciuium cōdemnatione adhibita, quasi † falsi rei approbati sine ullius indulgētia pposito. Idem senatores nō nisi ad summorū in palatio uiuorum

Quot digi-  
tis nūc esset  
opus

ap. Numina

Nunc cōtra.

Senarius  
Iambicus.

Als † urbis.  
Platonis sen-  
tentia.

Als † falsarij.



uirorū suffragium fecit, dicens magnū uirum esse oportere, qui faceret senatorē. Idem libertinos nunq̄ in equestrem locum redegit, asserēs seminariū senatorū equestre locū esse. Moderationis tantæ fuit, ut nemo unq̄ ab eius latere submo ueretur: ut omnibus se blandum, affabilemq̄ præberet: ut amicos nō solum pri mi, ac secundi loci, sed etiam inferiores ægrotantes uiseret: ut sibi ab omnibus li bere, quæ sentiebant, dici cuperet: & cū dictum esset, audiret. Et cum audisset: ita ut res poscebat, emēdaret, atq̄ corrigeret. Sin minus bene factum esset, aliquid etiā ipse cōuinceret, idq̄ infectū, & sine amaritudine pectoris cōsensum omib⁹ <sup>Astin factū</sup> semper offerret: præter eos, quos furtorū densior fama perstrinxerat, de absen tibus semper requirens. Deniq̄ cum ei obiicerēt nimiam ciuilitatē, & Mammea mater, & uxor Memmia Sulpitiū cōsularis uiri filia, Catuli neptis: & sæpe dicerēt Molliorē tibi potestātē, & cōtemptibiliorē imperij fecisti, ille respōdit: Sed secu riore, atq̄ diuturniorē. Dies deniq̄ nunq̄ transijt, quin aliquid mansuetum, ciuile, piū faceret: sed ita, ut ærariū nō euerteret. Cōdemnationes & raras esse iussit: & quæ factæ fuerant, nō indulsit. Vectigalia ciuitatibus ad pprias fabri cas deputauit. Fœnus publicū trientariū exercuit: ita ut pauperibus pleriq̄ sine usuris pecunias dederit ad agros emēdos reddendas de fructibus. Præfec, præf. suis senatoriam addidit dignitatē, ut uiri clarissimi & essent, & dicerentur: quod antea uel raro fuerat, uel omnino nō fuerat: eo usq̄, ut si quis Imperatorē succes sorem præf. præf. dare uellet, latidauiam eidē per libertū summitteret, ut in mul torum uita Marius Maximus dixit. Alexander autē idcirco senatores esse uo luit præf. præf. ne quis nō senator de Romano senatore iudicaret. Milites suos sic ubiq̄ sciuit, ut in cubiculo haberet breues, & numerū, & tempora militantiū: <sup>Breues.</sup> semperq̄, cum solus esset, & rationes eorū, & numerū, & dignitates, & stipendia recenseret, ut esset ad omnia instructissimus. Deniq̄ cum inter militares aliquid agere, multorū dicebat & nomina. De promouendis etiam sibi annotabat: & perlegebat cuncta pictacia: & sic faciebat diebus etiā pariter annotatis, & quis, <sup>Pictacium.</sup> & qualis esset, & quo insinuante promotus. Cōmeatū populi Romani sic adiu uit: ut cum frumēta Heliogabalus euertisset, uicem de propria pecunia loco suo reponeret. Negociatoribus, ut Romā uolentes cōcurrerēt, maximā immunitatē dedit. Oleum quod Seuerus populo dederat, quodq̄ Heliogabalus imminue rat, turpissimis hominibus præfecturā annonæ tribuendo, integrū restituit. Ius cōferendi rationes, qd' impurus ille sustulerat, hic omnibus reddidit: mechanica opera Romæ plurima instituit. Iudæis priuilegia reseruauit. Christianos esse <sup>Christiani.</sup> passus est. Pontificibus tantū detulit, & xv uiris, atq̄ auguribus, ut quasdā cau sas factorū à se finitas iterari, & aliter distingui pateret. Præsides prouinciarū, quos uere nō factionibus laudari cōperit, & in itineribus secū semp in uehiculo habuit, & muneribus adiuuit: dicens & fures à Rep. pellendos, ac pauperandos, & integros esse redimēdos atq̄ ditandos. Cum edulitatē P. R. ab eo peteret, in terrogauit per Curionē, quā speciē caram putaret. Illi cōtinuo exclamauerūt, car nem bubulam, atq̄ porcina. Tunc ille non quidē edulitatē pposuit, sed iussit, ne quis suminatā occideret, ne quis lactantē, ne quis uaccam, ne quis damalionē: <sup>Ars augēdi edulitatē.</sup>

D 2 tantumq̄



tantumq; intra biennium, uel propè annum porcinae carnis fuit, & bubulae: ut cum fuisset octominutalis libra, ad duos unumq; utriusq; carnis libra redigeretur. Causas militum contra Tribunos sic audiuit: ut si aliquem reperisset Tribunorum in crimine, pro facti qualitate sine indulgentiae proposito puniret. De omnibus hominibus per fideles homines suos semper quaesivit: Et per eos, quos nemo nosset hoc agere: cum diceret, omnes praeda corrumpi posse. Seruos suos semper cum seruili ueste habuit, liberos cum ingenuorum. Eunuchos de ministerio suo abiecit, & uxori ut seruos seruire iussit. Et cum Heliogabalus mancipium eunuchorum fuisset, ad certum numerum eos redegit: nec quicquam in palatio curare uoluit, nisi balneas foeminarum: cum plerosq; eunuchos rationibus & procurationibus praeposisset Heliogabalus. Hic illis & ueteres sustulit dignitates. Idem tertium genus hominum eunuchos esse dicebat: nec uidendum, nec in usu habendum à uiris, sed uix à foeminis nobilibus. Qui de eo fumum uendiderat, & à quodam militari centum aureos acceperat, in crucem tolli iussit per eam uiam, qua esset seruis suis ad suburbana imperatoria iter frequentissimum. Prouinciales, gestorias, praesidales plurimas fecit. Proconsulares ex senatus uoluntate ordinauit. Balnea mixta Romae exhiberi prohibuit: quod quidem iam ante prohibitum Heliogabalus fieri permiserat. Lenonum uectigal & meretricum, & exoletorum in sacrum aerarium inferri uetuit: sed sumptibus publicis ad instauracionem theatri, circi, amphitheatri, & aearij deputauit. Habuit in animo, ut exoletos uetaret, quod postea Philippus fecit: sed ueritus est, ne prohibens publicum dedecus in priuatas cupiditates conuerteret: cum homines illicita magis poscant, prohibitaq; furore persequantur. Brachariorum, linteonum, uitrearorum, pellionum, plaustrariorum, argentariorum, aurificum, & ceterarum artium uectigal pulcherrimum instituit: ex eoque iussit thermas, & quas ipse fundauerat, & superiores populi usibus exhiberi. Syluas etiam in thermis publicis deputauit. Addidit & oleum luminibus thermarum, cum antea non ante auroram paterent, & ante Solis occasum clauderentur. Huius imperium incruentum quidam literis tradiderunt, quod contra est. Nam & Seuerus est appellatus à militibus ob austeritatem, & in animaduersionibus asper in quibusdam fuit. Opera ueterum principum instaurauit: ipse noua multa constituit. In his thermas nominis sui iuxta eas, quae Neronianae fuerunt, aqua inducta, quae Alexandrina nunc dicitur. Nemus thermis suis de priuatis aedibus suis, quas emerat, diruptis aedificijs fecit. Oceani solium primus inter principes appellauit: cum Traianus id non fecisset, sed diebus solia deputasset. Antonini Caracalli thermas additis sortionibus perfecit, & ornauit. Alexandrinum opus marmoris de duobus marmoribus, hoc est, Porphyretico & Lacedaemonio primus instituit in palatio exornatis. Hoc genere marmorandi statuas colossas in urbe multas locauit, artificibus undiq; conquisitis. Alexandri habitu nummos plurimos figurauit. Et quidem electreos aliquantos, sed plurimos tamen aureos. A mulieribus famosis matrem & uxorem suam saluari uetuit. Conciones in urbe multas habuit more ueterum Tribunorum & consulum. Congiarium populo ter dedit

Abst. Prato/  
rias, praefi/  
diales pro/  
uincias plu/  
rimas fecit.



ter dedit donatium militibus, ter carmen populo addidit. Usuras sceneratorū contraxit ad trientes pensiones, etiam pauperibus consulens, Senatores, si scenerarentur, usuras accipere primo uetuit, nisi aliquid muneris causa acciperent. Postea tamen iussit, ut semisses acciperent donum, munus tamen sustulit. Statuas summorū uirorū in foro Traiani collocauit undiq; translatas. Paulum, & Vlpianum in magno honore habuit: quos praefectos ab Heliogabalo alij dicunt factos, alij ab ipso. Nam & consiliarius Alexandri, & magister scriniij <sup>Scriniij ma-  
gister.</sup> Vlpianus fuisse perhibetur: qui tamen ambo assessores Papiniani fuisse dicuntur. Basilicam Alexandrinam instituerat inter campum Martium, & septa Agrippiana in latum pedum centum, in longum pedum mille: ita ut tota columnis penderet: quam efficere non potuit morte praeventus. Isim, & Serapium decenter ornauit, additis signis, & deliacis, & omnibus mysticis. In matrē Mammeam unice pius fuit: ita ut Romae in palatio faceret dietas nominis Mammeae, quas imperitum uulgus hodie ad Mammam uocant: Et in Baiano palatium cum stagno, quod Mammea nomine hodieq; cenetur. Fecit & alia in Baiano opera magnifica in honore affinium suorū, & stagna stupenda admissio mari. Pontes, quos Traianus fecerat, instaurauit penē in omnibus locis. Aliquos etiam nouos fecit, sed instauratis nomen Traiani referuauit. In animo habuit omnibus officijs genus uestium proprium dare, & omnibus dignitatibus, ut à uestitu dignosceretur: Et omnibus seruis, ut in populo possent agnosci, ne quis seditiosus esset, simul ne serui ingenuis miscerentur. Sed hoc Vlpiano, Pauloq; displicuit, dicentibus plurimarum rixarum fore, si faciles essent homines ad iniurias. Tum satis esse constituit, ut equites Romani à senatoribus clauis qualitate discernerentur. Penulis intra urbem frigoris causa ut senes uterentur, permisit: cum id <sup>Penula.</sup> uestimenti genus semper itinerarium, aut pluuiae fuisset. Matronas tamen intra urbem penulis uti uetuit, in itinere permisit. Facundia fuit Graecae magis q̄ Latinae, nec uersu inuenustus. Et ad musicam pronus, matheseos peritus. Et ita quidem, ut ex eius iussu mathematici publice proposuerint Romae, ac si sint professi, ut docerent. Aruspicinae quoq; peritissimus fuit:  $\delta\epsilon\upsilon\sigma\sigma\eta\kappa\acute{o}\pi\omicron\varsigma$  magnus, ut & Vascones, & Hispanorum, & Pannoniorū augures uicerit. Geometriam fecit, pinxit mire, cantauit nobiliter: sed nunq; alio conscio, nisi pueris suis testibus. Vitas principum bonorum uersibus scripsit. Lyra, tibia, organo cecinit: tuba etiam, quod quidem Imperator nunq; ostendit. Palæstes primus fuit, in armis magnus, adeo ut multa bella & gloriose gesserit. Consulatu ter inijt tantū ordinarium: ac primo nundino sibi alios semper suffecit. Seuerissimus iudex cōtra fures, appellans eosdem quotidianorū scelerū reos, & damnans acerrime: ac solos hostes, inimicosq; Reip. uocans. Eum notarium, qui falsum causae breuem in consilio imperatorio retulisset, incisis digitorū neruis, ita ut nunq; posset scribere, deportauit. Cum quidam ex honoratis uitae fordidae, & aliquādo furtorū reus, per ambitionē nimiam ad militiam aspirasset: idcirco, q̄ per reges amicos ambierat, admissus statim in furto praesentibus patronis detectus est, iussusq; à regibus audiri, damnatus est re probata. Et cum quareretur à regibus, quid

D 3 apud



apud eos paterent fures, illi responderunt: Crucem. Ad eorū responsum in crucē sublatu est. Ita & patronis autoribus damnatus ambitor est: & Alexandri, quā praeipue tuebatur, seruata clementia est. Statuas colossas, uel pedestres nudas, uel equestres, diuis Imperatoribus in foro diui Neruae, quod transitoriū dicit, locauit omnibus cum titulis, & columnis aereis, quae gestorū ordinem cōtinerēt exemplo Augusti: qui summorū uirorū statuas in foro suo è marmore collocauit additis gestis. Volebat uideri originem de Romanorū gente trahere: quia eum pudebat Syrum dici: maxime, quod quidā tēpore festo, ut solent Antiochen/ ses, Aegyptij, Alexandrini, laceffuerant eum cōuiciolis, Syrū archisynagogum eum uocantes, & archiereū. Antecē de bellis eius & expeditionibus, & uictorijs loquar, de uita quotidiana, & domestica pauca disseram. Vfus uiuendi eidem hic fuit: primum, ut si facultas esset, id est, si non cum uxore cubuisset, matutinis horis in larario suo: in quo & diuos principes, sed optimos electos, & animas sanctiores, in queis & Apollonium, & quantum scriptor suorū temporū dicit, CHRISTVM, Abraham, & Orpheum, & huiuscemodi deos habebat: ad maiorū effigies rem diuinā faciebat. Si id non poterat pro loci qualitate, uel uectabatur, uel piscabat, uel deambulabat, uel uenabat. Dehinc, si hora permitteret, actibus publicis post multā operā dabat: idcirco quod & res bellicae, & res ciuiles, ut superius dictum est, per amicos tractabant, sed sanctos & fideles, & nunquam uenales, & tractatae firmabantur, nisi quid noui etiā ipsi placeret. Sanē si necessitas cogeret, ante lucem actibus operā dabat: & in longam horam producebat: neque unquam tediauit, aut morosus, aut iratus resedit, fronte semper pari & laetus ad omnia. Erat enim ingentis prudentiae, & cui nemo posset imponere. Et quē si aliquis urbane tentare uoluit, intellectus tulit poenas. Post actus publicos, seu bellicos, seu ciuiles lectioni graecae operā maiorē dabat, de Repub. libros Platonis legens. Latina cum legeret, nō alia magis legebat, quā de officijs Ciceronis & de Rep. nonnunquam & oratores & poetas, in queis Serenū Ammonicū, quē ipse nouerat, & dilexerat, & Horatiū. Legit & uitam Alexandri, quem praeipue imitatus est: etsi in eo cōdemnabat ebrietatē, & crudelitātē in amicos: quāuis utrunque defendat à bonis scriptoribus, quibus saepius ille credebat. Post lectionem operā palaestrae, aut sphaeristerio, aut cursui, aut luctaminibus mollioribus dabat. Atque inde unctus lauabatur: ita ut caldarijs uel nunquam uel raro, piscinis semper uteret, in eaque una hora propè maneret. Biberet etiā frigidam claudiam ieiunus ad unum propè sextariū. Egressus balneas multū lactis & panis sumebat, oua, deinde mulsū: atque his refectus aliquādo prandium inibat, aliquādo cibum usque ad cenam differebat, prandit tamē saepius. Vfusque est Hadriani tetrapharmaco frequēter, de quo in libris suis Marius Maximus loquitur, cum Hadriani differit uitam. Post meridianas horas subscriptioni & lectioni epistolarum semper dedit operam: ita ut ab epistolis, & libellis, & à memoria semper assisterent. Nonnunquam etiam si stare per ualetudinē non possent, sederent relegentibus cuncta librarijs, & ijs, qui scrinium gerebant: ita ut Alexander sua manu adderet, si quid esset addendum: sed ex eius sententia, quae disertior habebatur.

Christus.

Tediare.

A memoria.



batur. Post epistolas, omnes amicos simul admisit: cum omnibus pariter est locutus: neque unquam solum quenquam, nisi prefectum suum uidit, & quidem Vlpianum, & assessores semper suos causa iustitiae singularis. Cum autem alterum adhibuit, & Vlpianum rogari iussit. Virgilium autem Platonem poetarum uocabat: eiusque imaginem cum Ciceronis simulachro in secundo larario habuit, ubi & Achillis & magnorum uirorum. Alexandrum uero Magnum inter diuos, & optimos in larario maiore consecrauit. Iniuriam nulli unquam amicorum, committit: nec magistris quidem, aut principibus officiorum. Praefectis autem semper detulit: asserens eum, qui mereatur iniuriam pati, ab Imperatore damnandum esse, non dimittendum. Si unquam alicui praesentium successorem dedit, semper illud addidit: gratias tibi agit Respublica, eumque muneratus est ita, ut priuatus pro loco suo posset honeste uiuere: His quidem muneribus, agris, bobus, equis, frumento, ferro, impendijs ad faciendam domum, marmoribus ad ornandum, & operis, quas ratio fabricae requirebat. Aurum, & argentum raro cuiquam, nisi militi diuisit: nefas esse dicens, ut dispensator publicus in delectationes suas, & suorum conuerteret id, quod prouinciales dedissent. Aurum negotiatorium, & coronarium Romae remisit. Fecit Romae curatores urbis quatuordecim: sed ex coss. ueros, quos audire negocia urbana cum praefecto urbis iussit: ita ut omnes, aut magna pars adessent, cum acta fierent. Corpora omnium constituit uinariorum, lupanariorum, caligariorum, & omnino omnium artium. Hisque ex sese defensores dedit: & iussit quid ad quos iudices pertineret. Scenicis nunquam aurum, nunquam argentum, uix pecuniam donauit. Preciosas uestes, quas Heliogabalus dederat, etiam sustulit. Milites, quos ostensionales uocant, non preciosis, sed speciosis darisque uestibus ornabat: nec multum insignibus, aut ad apparatus regium auri, & serici deputabat: dicens imperium in uirtute esse, non in decore. Chlamydes hirtas Seueri, & tunicas asemas uel macrocheras ex purpura non magna ad usum reuocauit suum. In conuiuio aurum nescit: pocula mediocria, sed nitida semper habuit. Ducentarum librarum argenti pondus ministerium eius nunquam transit. Nanos, & nanas, & moriones, & uocales exoletos, & omnia acroamata, & pantomimos populo donauit: qui autem usui non erant, singulis ciuitatibus putauit alendos singulos, ne grauarentur specie mendicorum. Eunuchos, quos Heliogabalus & in consilijs turpibus habebat & promouebat, donauit amicis: addito elogio, ut si non redissent ad bonos mores, eosdem liceret occidi sine autoritate iudicij. Mulieres infames, quarum infinitum numerum deprehenderat, publicari iussit, exoletis omnibus deportatis, aliquibus etiam naufragio mersis, cum quibus illa dades consuetudinem habuerat funestissimam. Auratam uestem ministrorum uel in publico conuiuio nullus habuit. Cum inter suos conuiuaret, aut Vlpianum, aut doctos homines adhibebat, ut haberet fabulas literatas, quibus se recreari dicebat, & pasci. Habebat cum priuatum conuiuaret, & librum in mensa, & legebat, sed graeca magis. Latinos autem poetas lectitabat. Publico conuiuio ea simplicitate egit, qua priuato: nisi cum numerus accubantium crescebat, & multitudo conuiuarum, qua ille offendebat, dicens se in theatro & circo

D 4 manducare.



manducare. Oratores, & Poetas non sibi panegyricos dicentes, quod exemplo Nigri Pescennij stultum dicebat: sed aut orationes recitantes, aut facta veterum, quos ante rettuli, libenter audiuit: libentius tamen, si quis ei recitauit Alexandri Magni laudes, aut meliorum retro principum, aut magnorum urbis Romae uirorum. Ad Athenam audiendorum & Graecorum, & Latinorum Rhetorum, uel Poetarum causa frequenter processit. Audiuit autem etiam forenses oratores causas recitantes: quas uel apud ipsum, uel apud praefectos urbis egerant. Agoni praefedit, & maxime Herculeo in honorem Magni Alexandri. Solus post meridiem, uel matutinis horis idcirco nunquam aliquos uidebat, quod e mentitis de se multa cognouerat. Speciatim Vetronium Turinum: quem cum familiarem habuisset, ille omnia uel fingendo sic uendiderat: ut Alexandri quasi stulti hominis, & quem ille in potestate haberet, & cui multa persuaderet, infamaret imperium: sicque omnibus persuaserat, quod ad nutum suum omnia faceret. Denique hac illum arte deprehendit: ut quendam immitteret, qui a se quiddam publice peteret: ab illo autem occulte quasi praesidium postularet, ut pro eo Alexandro secreto suggereret. Quod cum factum esset, & Turinus suffragium promississet: dixissetque se quaedam Imperatori dixisse, cum nihil dixisset: sed in eo pendere, ut adhuc impetraret, euentum uendens: cumque iterum iussisset Alexander interpellari, & Turinus quasi agens aliud nutibus annuisset, neque tamen interim quicquam dixisset: impetratum autem esset quod petebat, Turinusque ab illo, qui meruerat fumi uenditor ingentia praemia percepisset, accusari eum Alexander iussit: probatisque per testes omnibus: & quibus praesentibus, quid accepisset: & quibus audientibus, quid promississet: in foro transitorio ad stipitem illum ligari praecipit: & fumo appposito, quem ex stipulis, atque humidis lignis fieri iusserat, necauit, pracone dicente: Fumo punitur, qui uendidit fumum. Ac ne in una tantum causa uideretur crudelior fuisse, quaesuit diligentissime antequam eum damnaret: & inuenit Turinum saepe, & in causis ab utraque parte accepisse, cum euentus uenderet: & ab omnibus, qui aut praepositorum, aut prouinciarum acceperant. Spectacula frequenter uidebat cum summa donandi parsimonia: dicens & scenicos, & uenatores, & aurigas sic alendos, quasi seruos nostros, aut uenatores, aut muliones, aut uoluptarios. Conuiuium neque opimum, neque nimis paruum, sed nitore summi fuit: ita tamen ut pura mantilia mitterent. Sapius cocco clauata, aurata uero nunquam, cum haec Heliogabalus iam recepisset: & ante, ut quidam praedicant, Hadrianus habuisset. Usus conuiuij diurnus hic fuit. Vini ad totum diem sextarii xxx. panis mundi pondus xxx, panis sequentis ad donandum pondus l. Nam semper de manu sua ministris conuiuij, & panem, & partes aut olerum, aut carnis, aut leguminum dabat, senili prorsus maturitate patrefamilias agens. Erant decreta & carnis diuersae pondus xxx. erant & gallinae, oua: adhibebatur & anser diebus festis. Calendis autem Ianuarijs, & hilarijs matris deum, & ludis Apollinarijs, & Iouis epulo, & Saturnalibus, & huiusmodi festis diebus phasianus: ita ut aliquando & duo ponerentur additis gallinaceis duobus. leporem quotidie habuit. Venationem frequentem: sed eam cum amicis diuidebat: & his maxime, quos sciebat per se non habere. Nec diuitibus quicquam talium munerum misit,

Anser in  
festis.



misit, sed ab his semper accepit. habuit quotidie Milij sine pipere sextarios quatuor, cum pipere duo: & ne sit longum omnia inferere, quæ Gargilius Martialis eius temporibus scriptor singulatim persecutus est, omnia illi ad modum, & rationem sunt præbita. Pomis uehementer indulgit: ita ut secunda mensa illi sæpius poneret, unde etiam iocus extitit: Non secundam mensam Alexandrū habere, sed secundum. Ipse cibo plurimo reficiebatur: uino neque parce, neque copiose, affatim tamen. Frigida semper pura usus, & æstate uino cum rosa condito: quod quidem solum ex diuerso genere Heliogabali tenuerat. Et quoniam de lepufculis facta est mentio, quod ille leporem quotidie haberet, iocus poeticus emerfit: idcirco quod multi septem diebus pulchros esse dicunt eos, qui leporē comederint: ut Martialis Coci epigramma significat, quod contra quandam Gelliam scripsit huiusmodi.

» Cum leporem mittis, semper mihi Gellia mandas,

» Septem formosus Marce diebus eris.

» Si uerum dicis, si uerum Gellia mandas,

» Edisti nunquam Gellia tu leporem.

Sed hos uersus Martialis in eam, quæ deformis esset, composuit. Poëta uero temporum Alexandri hæc in eum dixit,

» Pulchrum quod uides esse nostrum regem,

» Quem Syrum sua detulit propago,

» Venatus facit, & lepus comesus,

» Ex quo continuum capit leporem.

Hos uersus cum ad eum quidam ex amicis detulisset, respondisse ille dicitur græcis uersibus in hanc sententiam.

» Pulchrum quod putas esse uestrum regem

» Vulgari miserande de fabella:

» Si uerum putas esse, non irascor:

» Tantum tu comedas uelim lepufculos,

» Ut fias, animi malis repulsis,

» Pulcher, ne inuideas liuore mentis.

Cum amicos militares habuisset, ut usum Traiani, quæ ille post secundam mensam potandi usque ad pocula instituerat, reseruaret: unum tantum poculum amicis exhibebat in honorem Alexandri Magni: id autem breuius, nisi si quis quod licebat, maius habere postulasset. Usus Veneris in eo moderatus fuit. Exoletorum ita expers: ut, quemadmodum supra diximus, legem de his auferendis ferre uoluerit. Horrea in omnibus regionibus publica fecit: ad quæ conferrent bona hi, qui priuatas custodias non haberent. Balnea omnibus regionibus addidit, quæ forte non habebant. Nam hodieque multa dicunt Alexandri. Fecit & domos pulcherrimas, easdemque amicis suis maxime integris uiris donauit. Vectigalia publica in id contraxit: ut qui X aureos sub Heliogabalo præstiterat, tertiam partem auri præstaret: hoc est, tricesimam partem. Tuncque primū semisses aureorum formati sunt. Tunc etiam cum ad tertiam partem auri uectigal decidisset, tremisses dicente Alexandro etiam quartarios futuros,



futuros, quod minus nō posset. Quos quidē iam formatos in moneta detinuit expectans: ut si uectigal cōtrahere potuisset, & eosdem ederet. Sed cum nō potuisset per publicas necessitates, conflari eos iussit: Et tremisses tantū, solidosq; formari, formas binarias, ternarias, & quaternarias, & denarias etiam, atq; amplius usq; ad bilibres quoq; & cētenarias, quas Heliogabalus inuenerat, resolui præcepit: neq; in usu cuiusq; uersari, atq; ex eo his materiæ nomē inditū est, cū diceret plus largiēdi hanc esse Imperatori causam, si cū multos solidos minores dare possit, dans decē, uel amplius una forma triginta, & quinquaginta, & centum dare cogeretur. Vestes sericas ipse raras habuit: holosericas nuncq; induit: subsericam nuncq; donauit. Diuitijs nullius inuidit. Pauperes iuuit honoratos, quos pauperes uere nō per luxuriam, aut simulationē uidit: semper multis modis auxit, agris, seruis, animalibus, gregibus, ferramētis rusticis. In thesauris uestem nuncq; nisi <sup>1</sup> aurum esse passus est, eamq; statim expendi iussit. Omnē uestem quā donauit, ipse perspexit. Omne aurum, omne argentū, idq; frequenter appendit. Donauit & ocreas, & brachas, & calciamēta inter uestimēta militaria. Purpuræ clarissimæ nō ad usum suū, sed ad matronarū, si quæ aut possent, aut uellent, certe ad uendendum grauissimus exactor fuit: ita ut Alexandrina purpura hodiēq; dicat, quæ uulgo Probiana dicit: idcirco quod Aurelius Probus <sup>1</sup> Baphus præpositus id genus muricis repperisset. Vfus est ipse chlamyde coccina sæpe. In urbe tamē semper togatus fuit, & in Italiæ urbibus. Prætextam & pictam togam nuncq; nisi COS. accepit. Et eam quidem, quā de Iouis templo sumptā alij quoq; accipiebant, aut PRAET. aut COSS. Accepit prætextam etiā cum sacra faceret, sed loco PONT. MAX. non Imperatoris. Boni linteaminis appetitor fuit, & quidem puri: dicens, si lintei idcirco sunt, ut nihil asperū habeant, quid opus est purpura? in linea aurum autē mitti etiam dementiam iudicabat, cum asperitati adderet rigor. Falceis semper usus est. Brachas albas habuit, nō coccinas, ut prius solebant. Gemmarū quod fuit, uendidit: & aurum in ærarium cōtulit, dicens gemmas uiris usui nō esse. Matronas autē regias cōtentas esse debere uno reticulo, atq; inauribus, & baccato monili, & corona, cum qua sacrificiū facerēt: & unico pallio auro sparso, & cyclade, quæ sex uncij auri plus nō haberet. Prorsus censurā suis tēporibus de proprijs moribus gessit. Imitati sunt eum magni uiri: & uxorem eius, matronæ pernobiles. Aulicum ministeriū in id contraxit: ut essent tot homines in singulis officijs, quot necessitas postulare. Ita ut annonas nō dignitatē acciperent fullones, & uestitores, & pictores, & pincernæ, omnes castrenses ministri, quēadmodū pestis illa instituerat, sed annonas singulas uix binas, & cum argentum in ministerio plus ducentis libris nō haberet, nec plures ministros, argentum, & ministros antea quando poscebat, accipiebat ab amicis: qd' hodiēq; fit, si præstat à præfectis absente Imperatore. Voluptates scenicas in cōuiuio nuncq; habuit: sed summa illa oblectatio fuit, ut catuli cū porcellulis luderēt, aut perdices inter se pugarēt: aut aues paruulæ sursum & deorsum uolitarēt. Habuit sanè in palatio unū genus uoluptatis, q̄ maxime delectatus est, & q̄ sollicitudines publicas subleuaret. Nam auitaria instituerat pauonū, phasianorum,

Alstannum

AlstBaphijs



phasianorū, gallinaceorū, anatum, perdicum etiā, hisq; uehemēter oblectabat maxime palumborū, quos habuisse ad uiginti milia dicitur: & ne eorum pastus grauaret annonam, seruos habuit uectigales, qui eos ex ouis ac pullicenis, ac pi<sup>Pipiones.</sup> pionib<sup>9</sup> alerēt. Thermis & suis & ueterū frequēter cū populo usus est, & astate maxime, balneari ueste ad palatiū reuertens, hoc solum imperatoriū habens, q; lacernā coccineam accipiebat. Cursorē nunq; nisi seruum suum: dicens ingenuū currere, nisi in sacro certamine nō debere. Cocos, piscatores, fullones, & balneatores non nisi seruos suos habuit. Ita ut si quis deesset, emeret. Medicus sub eo unus palatinus salariū accepit: ceteriq; omnes usq; ad sex fuerunt, qui annonas binas aut ternas accipiebant: ita ut mundas singulas cōsequeret alias alter. Iudices cum promoueret exemplo ueterū, ut & Cicero docet, & argento & necessarijs instruebat: ita ut praesides prouinciarū acciperēt argenti pondo uicena, phialas senas, mulos binos, equos binos, uestes forēses binas, domesticas singulas, balneares singulas, aureos centenos, cocos singulos. Et si uxores nō haberēt, singulas cōcubinas, q; sine his esse nō possent: reddituri deposita administratione, mulas, mulos, equos, muliones, & coccos: cetera sibi habituri, si bñ egissent: in quadruplum reddituri, si male. Præter cōdemnationē, aut peculatus, aut repetundarū leges innumeras sanxit. Carrucas Romæ & rhedas senatorib<sup>9</sup> omnibus, ut argentatas haberēt, permisit: interesse Romanæ dignitatis putans, ut his tantæ urbis senatores uterent. Consules quoscūq; uel ordinarios, uel suffectos creauit: ex senatus sententiā nominauit, sumptū eorū cōtrahens: & nundina uetera Sardinia instituit, uel dies uel tēpora. Quaestores candidatos ex sua pecunia iussit munera populo dare: sed ut post quaesturā præturas acciperēt, & inde prouincias regerent. ærarios uero instituit, qui de area fisci æderent munera, eademq; parciora. Habuit in animo, ut munera per totum annum dispergeret: ut per XXX dies munus populo daretur. Sed cur id nō faceret, in occulto habetur. Capitoliū septimo die cū in urbe esset, ascēdit. templa frequētauit. CHRISTO<sup>Christus.</sup> templum facere uoluit, eumq; inter Deos recipere. Quod & Hadrianus cogitasse fertur, qui templa in omnibus ciuitatibus sine simulachris iusserat fieri: quæ hodie idcirco quia non habent numina, dicuntur Hadriani, quæ ille ad hoc parasse dicebantur: sed prohibitus est ab his, qui cōsulentes sacra reppererant omnes Christianos futuros: si id optato euenisset, templa reliqua deserēda. Omnibus nominibus est adornatus. His uero, qui rep. bene gesserant, consularia ornamēta decreta sunt: additis etiā sacerdotijs & agrorū possessionibus ijs, qui erant pauperes, & æuo iam graues. Captiuos diuersarū nationū amicis donauit, si ætas puerilis aut iuuenilis permisit. Si qui tamen regij aut nobiliores fuerint, eos militiæ non tamē magnæ deputauit. Sola quæ de hostibus capta sunt, limitaneis ducibus & militibus donauit: ita ut eorū essent, si hæredes eorū militarent: nec unquam ad priuatos pertinerent: dicens attentius eos militaturos, si etiam sua rura defenderent. Addidit sanè his & animalia & seruos, ut possent colere quod acceperant: ne per inopiam hominum, uel per senectutem possidentium desererentur rura uicina Barbariæ, quod turpissimum ille ducebat.

Post hæc



Post hæc cum ingenti amore apud populum & senatū uiueret: & sperantibus uictoriam cunctis, & inuitis eum dimittentibus ad Germanicū bellū profectus est. Deducētibz cunctis per centū & quinquaginta milia. Erat autē grauissimū reip. atq; ipsi, q; Germanorū uastationibus Gallia diripiebat. Pudorēq; augebat, q; uictis iam Parthis, ea natio imminebat reip. ceruicibus, quæ semper etiā minusculis Imperatoribus subiecta uidebat. Magnis igitur itineribus lætis militibus cōtendit. Sed cum ibi quoq; seditiosas legiones cōperisset, abijci eas præcepit. Verū Gallicanæ mentes, ut sese habēt duræ ac retrogradæ, & sæpe Imperatoribus graues: seueritatē hominis nimiam & longe maiorē post Heliogabulum nō tulerunt. Deniq; agentē eum cum paucis in Britannia, ut alij uolunt, in Gallia in uico, cui Sicilia nomē est: nō ex omniū sentētia, sed latrocinantiū modo quidā milites: & hi præcipue qui Heliogabali præmijs effloruerāt: eum cum Seuerū principem pati nō possent, occiderūt. Multi dicunt à Maximino immisos tyrones, qui ei ad exercēdum dati fuerant, eum occidisse. Multi aliter. A militibus tamē constat, cū iniuriōse quasi in puerū eundē & matrē eius auaram & cupidam multa dixissent. Imperauit annis XIII. diebus IX. Vixit annis XXIX. mensibus III. diebus VII. Egīt omnia ex cōsilio matris, cū qua occisus est. Omina mortis hæc fuerūt: Cum natalem diem cōmendaret, hostia cruenta effugit: & ut se ciuilitē gerebat, ac permixtus populo erat: albam eius uestem cū qua constiterat, cruentauit. Laurus in palatio cuiusdam ciuitatis, à qua proficiscebat ad bellum, ingens, & antiqua tota subito decidit. Arbores fici tres, quæ ficus eas ferret, quibus Alexandrinarū nomē est, subito ante illius tentoriū deciderūt, cū tentoria imperatoria his adnexa essent. Mulier† Dryas eunti exclamauit Gallico sermone: Vadas. nec uictoriā speres, ne militi tuo credas. Tribunal ascendit, ut concionaret, & faustum aliquid diceret. Ita cœpit: Occiso Imperatore Heliogabalo, hoc tamē omni fuit, q; iturus ad bellum, milites alloqui minus fausta oratione cœptauerat. Sed hæc omnia uehementissime contempsit. Profectusq; ad bellum in loco supradictō ita occisus est. Pranderat forte publico, ut solebat, conuiuio: id est, apertis papilionibus cibo militari accepto: neq; em̄ aliud à discumbentibus militibus in tentorijs est repertū. Et cum dormiret post cōuiuū hora diei ferē septima: unus ex Germanis, qui scurrarū officium sustinebat, ingressus dormiētibus cunctis, solo tamē Imperatore interuigilante uisus est: cui Alexander, quid est hic inquit, cōtubernalis? Num aliquid de hostibus nuncias? At ille metu perterritus, & sperans nō posse euadere, q; in tentoriū principis irruisset: ad cōtubernales suos uenit, eosq; ad durum principē interimēdum exhortatus est: qui subito plures armatiq; ingressi, inermes & obsistentes cōtruncauerunt, ipsumq; plurimis ictibus cōfoderunt. Aliqui dicunt omnino nihil dictum, sed tantū à militibus clamatū: Exi, recede: atq; ita obruncatū iuuenē optimū. Sed omnis apparatus militaris, qui postea est ductus in Germaniam à Maximino Alexandri fuit, & potētissimus quidē per Armenios & Osdroenos & Parthos, & omnis generis hominū. Contēpsisse Alexandrū mortē, cum ferocitas mētis, qua militē semper attriuit, tum etiā illa declarāt. Thrasylbulus mathematicus illi amicissimus

Galli quales

At† Dryas



amicissimus fuit: qui cum ei dixisset necessitatē esse, ut gladio Barbarico periret, Primo lætatus est, quod sibi mortē bellicam, & imperatoriā crederet imminere. Deinde disputavit, ostenditq; optimos quosq; uiolenta morte cōsumptos: Cū diceret ipsum Alexandrū, cuius nomen teneret, Pompeiū, Cæsare, Demosthenem, Tullium, & cæteros insignes uiros nō quieta morte oppetisse. Tantūmēq; animi habuit, ut putaret se dijs cōparandū, si in bello periret: sed res eū fefellit. Nā & gladio barbarico, & scurræ barbari manu, uerū non in bello, sed belli tempore perijt. Mortē eius milites, & qui exautorati ab eo quondā fuerant, grauissimē tulerunt, atq; autores cædis trucidarūt. Populus uero Romanus, senatusq; omnis cum prouincialibus cunctis, neq; tristius unq; neq; asperius acceperunt: simul quod successoris asperitas, atq; rusticitas Maximini, utpote hominis militaris, cui cum filio post eum imperiū delatum est, grauiorē fati necessitatē uidebatur ostendere. Senatus eum in deos retulit. Cenotaphiū in Gallia, Romæ seipulchrum amplissimū meruit. Dati sunt & sodales, qui Alexandrini appellati sunt: addita & festiuitas matris nomine, atq; ipsius, quæ hodiēq; Romæ religiosissime celebratur natali eius die. Causa occidendi eius ab alijs hæc fuisse perhibetur, quod mater eius relicto bello Germanico Oriētem ad iactantiā sibi uellet redire, atq; ob hoc esset iratus exercitus, sed hæc ab amatoribus Maximini ficta sunt, qui uideri noluerunt imperatorē optimū ab amico suo interfectū contra iura humana, atq; diuina. Hactenus imperiū P. R. cum principem habuit, qui diutius imperaret. Post eum certatim irruentibus, & alijs semestribus, alijs annuis, plerisq; per bienniū, ad summū per trienniū imperantibus, usq; ad eos principes, qui latius impetium tetenderunt, Aurelianū dico, & deinceps: de quibus si uita suppeditauerit, ea quæ cōperta fuerint, publicabimus. Reprehensa sunt in Alexandro hæc, quod Syrus esse uolebat, quod aurum amabat, quod suspiciosissimus erat, quod uestigalia multa inueniebat, quod se Magnū Alexandrū uideri uolebat, quod nimis seuerus in milites erat, quod curas priuatas agebat: quæ omnia in Rep. instituerat. Scio sanè plerosq; negare hunc à senatu Cæsare appellatū esse, sed à militibus, qui uerū prorsus ignorant, dicere præterea nō hunc fuisse consobrīnū Heliogabali, qui ut nos sequatur, historicos eius temporis legāt, & maxime Acholiū, qui & itinera huius principis scripsit. Soles quarere Constantine Maxime, quid sit, quod hominē Syrum, & alienigenā talem principē fecerint: cum tot Romani generis, tot aliarū prouinciarū reperiantur improbi, impuri, crudeles, abiecti, iniusti, libidinosi. Iam primū possum de bonorū uirorū respondere sententiā, potuisse natura, quæ ubiq; una mater est, bonū principē nasci: Deinde timore, quod pessimus esset occisus, hunc optimū factum, sed quia uerum est suggerendū, clemētia ac pietati tuæ lecta referabo.

» Notū est illud pietati tuæ, quod in Mario Maximo legisti, meliorē esse Remp.

» & propè tutiorē, in qua princeps malus est, ea, in qua sunt amici principis mali.

» Siquidē unus malus potest à plurimis bonis corrigi. Multi autē mali non possunt ab uno quāuis bono ulla ratione superari. Et id quidem ab homulo ipse Traiano dictum est, cum ille diceret Domitianū pessimū fuisse, amicos autem

E bonos



bonos habuisse: atque ideo illum magis odio fuisse, qui Remp. peioris uitæ hominibus commendauerat, quia melius est unum malum pati, quam multos. Et ut ad rem redeam, Alexander quidem & ipse optimus fuit. Nam hoc nemo uult nisi bonus: & optimæ matris consilijs usus est: ac tamen amicos sanctos, & uenerabiles habuit, non malitiosos, non furaces, non factiosos, non callidos, non ad malum consentientes, non bonorum inimicos, non libidinosos, non crudeles, non circūuentores sui, non irrisores, non qui illum quasi fatuum circūducerent. Sed sanctos, uenerabiles, cōuenientes, religiosos, amātes principis sui: & qui de illo nec ipsi riderent, nec risui esse uellent: qui nihil uenderent, nihil mentirentur, nihil fingerent: nunquā deciperent existimationē principis sui, sed amarēt. Huic accidit, quod eunuchos nec in consilijs, nec in ministerijs habuit, qui soli principes perdunt, dum eos more gentium, aut regum Persarum uolunt uiuere, qui à populo etiam amicissimū principem semouent: qui internuncijs sunt, aliud quā respondetur sæpe referentes, claudentes principem suum, & agentes ante omnia, ne quid sciat: qui cum empti sint, & prauī fuerint, quid tandem possunt boni facere? Erat denique eius ipsius sententia: Ego de præfectorum, & cōsulum, & senatorum capitibus mancipia ære empta iudicare non patiar. Scio imperator Constantine, quo periculo ista dicantur apud imperatorem, qui talibus seruit: sed salua Rep. postea quā intellexisti, quid mali clades istæ habeant, & quemadmodū principes circūueniant: & tu eos eò loci habes, ut nec chlamyde uti iusseris, sed necessitatibus domesticis delegaris. Iam illud insigne, quod solum intra palatiū præter præfectum, & Vlpianū quidem neminem uidit. Nec dedit alicui facultatem uel fumorum uendendorū de se, uel sibi de alijs male loquendi, maxime occiso Turino, qui illum quasi fatuū, & ueracem sæpe uendiderat. His accessit, quod amicos, & parētes Alexander si malos repperit, aut puniuit: aut si uetus uel amicitia, uel necessitudo non siuit puniri, dimisit à se dicens, His charior est mihi tota Resp. Et ut scias, qui uiri in eius cōsilio fuerint. Fabius Sabinus Sabini insignis uiri filius. Cato tēporis sui. Domitius Vlpianus iuris peritissimus. Aelius Gordianus Gordiani imperatoris pater, & ipse re uera uir insignis. Iulius Paulus iuris peritissimus. Claudius Venatus orator amplissimus. Pomponius legum peritissimus. Alphenus, Africanus, Florentinus, Martianus, Callistratus, Hermogenes, Venuleius, Tryphonius, Metianus, Celsus, Proculus, Modestinus. Hi omnes iuris professores discipuli fuere splendidissimi Papiniani, & Alexandri imperatoris familiares & socij, ut scribit Acholius, & Marius Maximus. Catilius Seuerus cognatus eius uir omniū doctissimus. Aelius Serenianus omniū uir sanctissimus. Quintilius Caius Marcellus, quo meliorem ne historiae quidem continent. His tot, atque alijs talibus uiris, quid mali potuit cogitare, uel fieri, cum ad bonum cōsentirent? Et eos quidem malorum cohors depulerat, qui circumuenerant Alexandrum primis diebus, sed prudentia iuuenis his malis occisis, atque depulsis amicitia ista sancta conualuit. Hi sunt, qui bonum principem suum fecerant. Et item amici mali, qui Romanos pessimos etiam posteris tradiderunt suis uitijs laborantes.

Principē bonū amici faciunt boni.

Iulij